

dare operam studio non magis tarditas ingenii, A quam pontificalis administrationis occupatio (28) prohiberent. De ejus tamen gratia præsumentis, qui linguas infantium facit disertas, ad Fortunati simul et Baudonivæ sanctimonialis scripta recurri (29) quorum uterque præfatam prosecutus vitam, de pretioso apparatu pretiosa parum (30), sicut tibi videtur, fercula confecerunt. Eorum scriptis diligenter §§7 §§8 evolutis, Fortunatum sequi disposui, qui non minus ex vita, quam ex dignitate pontificis (31) plurimum auctoritatis accedit. Quædam tamen miracula, quorum Fortunatus quidem nullum attigit, sanctimonialis vero memoriæ reperitur

(28) Ex isto loquendi modo liquet hanc vitam S. Radegundis ab Hildeberto concinnatam esse, quando jam erat præsul, adeoque post annum Christi 1197. At nondum scimus, utrum eo tempore Cenomanensem Ecclesiam, an Turonensem gubernaret.

(29) Hinc confirmatur fides Actorum qua sub nomine Fortunati et Baudonivæ exhibuimus, cum utraque illa lucubratio venerabili Hildeberto præluxerit. BOLL.

(30) Hildebertus hoc loco Fortunati et Baudonivæ appellat *pretiosa parum fercula*, eo quod obscuro ac difficili stylo composita sint, quamvis autem Hildebertus scabrum utriusque hujus auctoris stylum subinde limaverit, tamen nonnulla æque ac obscura reliquit, ut Mabillonius tom. I veterum

commendasse, superaddere disposui: nec tamen omnia, sed ea solummodo quæ relatu digniora beatissimæ mulieris et meritum declarant et præmium. Cætera nosse cupientem volumina Baudonivæ revolvere non tædebit. Tu itaque laboratur: tibi consules opusculum, nec prius in aliorum manus incidet, quam tuo examine vel rejiciendum suppressi, vel approbatum publicis aspectibus offerri mereatur. Magna mihi rependes præmia, si subducas ab oculis hominum quidquid senseris eorum linguas formidare. Erit igitur non solum tui arbitrii, sed eorum etiam quos decreveris admittendos, vel correctum producere, vel penitus occultare vitiosum.

Analectorum p. 298, conqueritur his verbis: « Sperabam istius ope libelli illustratum iri quasdam voces obscurissimas, quæ apud Fortunatum in Vita ejusdem Radegundis occurrunt; at, comparatis Hildeberti et Fortunati scriptis, deprehendi Hildebertum aut loca scabrosa præterisse, aut easdem voces obscuras retulisse, nihilque fere præter styli elegantiam apud Hildebertum inveniri, quod in Fortunati et Baudonivæ libris non habeatur. » † Quædam voces barbaræ de quibus conqueritur doctus J. Mabillonius elucidatæ inveniuntur Act. SS. notis ad vitam B. Radegundis, auct. Fortunato et Baudonivæ, tom. III, Aug. pag. 67-83. BOLL.

(31) Hinc etiam retellitur opinio eorum qui S. Fortunato dignitatem episcopalem denegarunt. BOLL.

INCIPIIT VITA

SANCTÆ RADEGUNDIS REGINÆ,

EDITA A DOMINO HILDEBERTO CENOMANENSI EPISCOPO.

CAPUT PRIMUM.

Sanctæ patria, regium genus, captivitas, educatio in Gallia et pia opera, quæ usque ad nubilem ætatem exercuit.

2. Sicut sacra Evangelii testatur auctoritas: « Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram (Matth. v, 4), » illam scilicet terram, quam Propheta suspirans: « Portio mea, inquit, Domine, sit in terra viventium (Psal. cxviii, 57). » Hujus spe gloriosa et venerabilis regina beata Radegundis exsiliis sui consolata molestias, dum temporalem dimisit hæreditatem, meruit sempiternam. Ex natione Thuringa, vultu elegans, natalibus insignis, moribus insignior fuisse prædicatur. Non nova illam nobilitas, sed a priscis derivata parentibus illustravit. Avus ejus nomine Bessinus (32), pater vero Berectarius (33) regiam uterque attigit dignitatem. Ex his beata virgo sublimem ducens originem, multo clarius enituit virtutum facibus, quam fascibus dignitatum.

3. Porro cum jam cunas evasisset, et Francis

(32) Hic rex Thuringiæ a Gregorio Turon. in Histor. Franc. lib. II, cap. 42. *Bisinus*; ab aliis *Bessinus* appellatur. BOLL.

C irruentibus devastata regione Thuringa, cum reliquis et ipsa captiva adduceretur, captivis [f. captivitatibus] sorte præda regi Clotario cessit, non magis ejus thalamo donatura conjugio, quam profutura moribus et exemplo. Hoc eventu puella patriam egressa Veromandis jussu regis deportatur in villam, cui Ateias nomen, aliquandiu nutrienda. Adhibentur ei honestissimæ vitæ et clarissimi custodes nominis, sub quibus ita litteraturam disceret, ne dedisceret honestatem; nec fuit arduum rudimentis illam liberalibus informari, cujus annos et sexum non minus acumen ingenii, quam castitalis insignia superabant. Præludebat jam in virgine morosa quædam senectus, et ascensiones §§§ in corde suo disponenti sola ætatis infirmitas obsistebat. Inter illos tamen temporis et sexus aculeos inexorabiliter abhorrebat pudoris dispendia, solam morum suspirans venustatem. Unde et inter cæteros virtutum proventus, quibus tenora fervebat infantia, subvenire pauperibus, ecclesias frequentare, ac divinis satagebat interesse officiis.

(33) Genitor sanctæ nostræ a quibusdam *Berectarius* vocatur, ut patet ex textu Gregorii Turon. BOLL.

etiam ejus consuetudinis aliquid semper A
ano sibi subtrahere edulio, et egenis lar-
quias providere. Has diligenter coaduna-
o fastu regio, puella collectis pauperibus
Commendabatur humilitate sedulitas,
devotione cumulabatur, cum ingenua
s prius singulorum capitibus, eorum ma-
am funderet, ipsa administraret cibaria,
cesset alicui lumina circumferret. Dehinc
senili reverentia cum suis adibat coëta-
ua et hymnum solveret, et suam Deo com-
castitatom. Ac ne illius Evangelii: « Qui
at crucem suam et sequitur me, non po-
esse discipulus (Luc. xiv, 27), » aliquando
oblivio, signum crucis jubebat anteferri,
ei clericus ex lignis in hoc usus compin-
ueverat et ipse deferre (34). Facta autem
veste quidem emundabat pavementum,
autem jacentem circa sacraria pulverem
r exortiebat, evehens quidquid ibi sordis
ris habitantium incuria reliquisset.

suere ludicra virginis; hos mores tenera
uit infantia; benignus ei circa pauperes
circa afflictos mira compassio. Procul ab ea
mulieris inconstantia, procul decor mu-
ihil artus in vultu, nihil in sermone vani-
essus non industriæ fuit, sed naturæ. Raro
ro cultui ejus aliquid supra necessitatem
quod si quando contigit, conditioni dela-
i satisfactum voluptati. Sic in deliciis
ignorans, nihil fuit honestati suspectum,
d moribus defectum minaretur.

cofecto, cum necdum nobiles annos atligis-
cum jam putabat virginitalis præmium,
martyrii gloria cumularet. Quo dum per-
nerrima virgo desiderat multa præter, et
stilitiam a domesticis pertulisse memoratur.
te autem tempore quo eam prædictus rex
conjugio sibi sociare disposuerat, nocte
is ab Atteias (*Athies en Vermandois*) aufu-
generis successionem alto declinans con-
is conceptus infestatio est pudicitie, par-
Tandem virgo reperta Suessionis deducit
idem mortali nuptura regi, sed gratiam
aura sempiterni.

§§ CAPUT II.

is cum rege Clotario, et pia vita quam tem-
pore conjugii in aula duxit.

ir sociata specie tenus terreno principi,
gina cælestis cœpit effici, plus quam ter-
stis enim in Domino celebratis, animus
humana extollitur gloria, non voluptate
non illecebris inclinatur. Idem sæculi

haec constructione saltem intelligimus,
Fortunatus qui eandem rem luxata et
brasi narrat. BOLL.

letur hoc loco Hildebertus istud adver-
a usurpare pro minus, quantum ex sensu
possumus, nisi pro libuit legendum sit

TROL. CLXXI.

contemptus, eadem in regina permansit humilitas.
De moribus ejus nihil sibi secreta conjugii, nihil
imperium, nihil opes vindicarunt. Usus istorum
reginæ citra libuit (35), quam licuit. Denique hæc
tria instrumenta virtutum convertit, cum impa-
tientiam viri castitatis exemplo temperaret, reis
adesset potentia, pauperibus divitiis subveniret.
Sic offendicula morum sine offensione femina præ-
teriens, non sibi, sed regno, non voluptati vixit,
sed virtuti.

8. Fuit autem prima ejus a virginitate sua dispo-
silio, ut quidquid sibi a tributis accessisset, quid-
quid lege donationis, totum necessitati deserviret
egenorum. Eorum vero quæ supererant partem qui-
dem Ecclesiæ, partem sibi cultus corporis vindica-
bat. Is etiam, si reginæ conditionem attendas, usui
potius famulatus est quam decori. Perscrutabatur
sollicite quo in loco infirmi decumbere, quibus,
aut quid deesset cœnobii, quam incolenter eremita
solitudinem. Quos istorum non potuit præsentia,
multimodis benedictionibus (36) visitavit. Aliis ve-
stes ipsa consuit, aliis largiora transmisit alimenta.
Quibus afflictis regina non adfuit? Quis inhorruit
frigore, nec reginæ velleribus est calefactus? Quis
clamavit post reginam, nec exauditus abscessit?
Quid a regina pauperi potius exortum est, quam
libenter oblatum? Quem diem non judicavit perditum,
quo pro perditis moribus non egerit? Quando cultu
detenta est corporis, ne causis interesset orphano-
rum? Et quoniam legerat: « Labia sacerdotis cu-
stodiunt scientiam, quia Angelus Domini exercituum
est (Mal. vii, 7), » sacerdotum doctrinis adesse,
sacerdotum se orationibus commendare sat agebat.
Eorum nullus exactione gravabatur, nullus regis
licentia potestatis; nullus inops, nisi cujus inopiam
regina misericors ignorasset. Nimirum cedere sibi
credebat ad iudicium, si regina divite, angeli (Do-
mini) mendicarent.

9. Porro inter tanta virtutum præconia. Atteiam
domum insituens, hospitio eam pauperum dicavit
seminarum; disposuit et ministros, quorum dili-
gentia, ne quid deesset pauperibus, procuraret. In-
numera ibi vestimentorum mutatoria, et aptus tam
vivi quam defunctis apparatus. Aliquid opibus mi-
sericordiæ regina deesse credebat, nisi quorum famu-
labatur vitæ, famularetur etiam sepulturæ. Ad præ-
fatam domum sæpius ingressa, ministrare discum-
bentibus, §§ decumbentibus assidere, scaturien-
tem exulceribus infirmorum maniem linteis abstergere,
et ipsa lavare ulcera consueverat. Inclinabatur etiam
ad abluenda debiliū capita salutiferis decoctioni-
bus, et unguentis ea demulcens quæ et horrenda visu,
et tactu formidanda judicares. Quibus autem neces-

licuit; ita ut sensus sit, usuum istorum reginæ citra
(id est ulterius vel magis) licuisse, quam libuisse.
BOLL.

(36) Benedictiones hic accipiuntur pro donis vel
mausculis, quæ alibi eulogiæ appellantur. BOLL.

sarium erat diligentius obsequium, balnea eis regina pedisequa præparabat, multa patienter ex infirmosustinens incommoda, quæ nauseam cuilibet ancillulæ suscitant. Egressis inde, pocula ex consuetudine offerebat, quos solutos balneis sumpta potio confortaret.

10. His regina instans officiis, malebat in obsoleta domo servire pauperibus, quam in palatio dominari. Quod si ea quæ cura maritum gerebant (37) nosse desideras, ita morigerata est conjugii, ne displiceret Creatori. Thalamieius officinæ pudoris, et ignarum turpitudinis ac flagitii domicilium. Ibi non conventus juvenum, non infesta virtuti colloquia. Famulæ castimoniam potius exemplis docebantur, quam flagellis. Earum vita, tanquam sinu illius mores suos regina peperisset: Sudabat in manu reginæ psalterium, et quousque illud in lacrymis et gemitu decantasset, cibum regina sumere differebat. Ad mensam vero accedens, exaudire naturam consueverat, non exaudire voluptatem. Nam quia deliciarum experientiam delictorum noverat esse confinium, aquam vino, legumina regiis dapibus præferbat. Legumina fidelis famulus ei præsentabat occultius, quibus præsumptis, jejunium potius solvere videbatur, quam propulsare in ediam. Dici non potest quoties a mensis jejuna surrexerit, arbitrata Christo fieri injuriam, si Christi pauperibus nondum pransis, prandere regina præsumeret. Occasione quoque accepta, post buccellam panis, mensam sæpius deseruit, vel hymnum Deo, vel debitum pauperibus exhibitura famulatum.

11. Nam de consortio tori quid loquar? Ad quod ipsa semper ideo accessit, ut maritum lucrifaceret, non ut lenocinantem expleret voluptatem. Quippe ne Satanae maritum tentaret, marito debitum solvit, non exegit (38). In quo si quidquam, vel ejus gratia, vel voluptatis admistione peccatum est, statim non lacrymis tantum, sed et multo corporis cruciatu delere properavit. Fingens enim causam qua surgeret, hispidum pavimento superponebat cilicium, cui nuda tandiu inhærebat, quousque percussis frigore medullis, pene spiritum exhalaret. Sic regina pariter et conjugio deferens, et pudorem conservans, nec maritum reverentia defraudavit, nec libidine bonum minuit nuptiarum. Fuere qui dicerent **892** monacham potius ascitam regi uxorem, quam laicam. Ipse etiam rex propositum pietatis ægro ferens animo, uxorem simulatæ religionis arguebat, adiciens illam nuptiis minime convenire severitatem, mollius et uxorem viro, et virum uxori licere morigerari. Quibus Christi filia nequaquam a sacro revocata proposito, regis amaritudinem blandis sermonibus indulcabat.

12. Porro Quadragesimi tempore, diutius sacris

(37) Hanc sensum in textu reliquimus, prout invenimus; sed pro *quæ cura maritum gerebant*, putamus legendum, *quæ circa maritum gerebat*. Hac exigua mutatione sensus recte intelligitur. Et consideranti manifestum fiet, et ad commodiorem le-

A insistens vigiliis, tormenta tormentis cumulabat, quibus erudita caro, spiritui servire cogeretur. Pallebant ora jejuniis, et artus hispido vulnerati cilicio, requiem inter tormenta nesciebant. Erat illi quædam monacha familiaris, devotione pariter et nomine Pia, quæ ei occulte præfatam mittere indumentum consueverat, quo semper interiori inhærente, desuper amictu regio Christi filia tegebatur. Fuit autem ejus consuetudinis, eo præcipue tempore, vicinas sanctorum circumire memorias, providere diligenter ne vel ornamentis ecclesiæ, vel ecclesiarum ministri sumptibus indigerent. Satagebat etiam singulis altaribus proferre luminaria, quæ propriis ipsa manibus recuperare ferebatur. Hora vero qua sacrificia sacerdos immolabat, Dominicæ passionis memoriam quadam mentis passione pertransiens, contriti spiritus gratum Deo cremabat holocaustum. Tantis enim cœlum pulsabat suspiriis, tanto lacrymarum torrente rigabatur, ac si Judæorum manibus Christum rursus teneri, rursus videretur crucifigi.

13. Expleto autem salutari officio, non prius ad palatium revertebatur, quam pia curiositate circumcirca jacentes infirmos, paucis comitata, visitaret. Illa non temporis importunitatem causari noverat, non pluviis aut nivibus detineri. Nullis omnino movebatur incommodis, dummodo commodis pauperum deserviret. Aliis regina, sed humilis, abluit capita, nonnullis balnea temperavit. Quibus aut nullus, aut durior lectus oderat, his appposito stramine vel plumis, mollior parabatur. Talibus diem claudebat studiis, sera nocte reditura. Porro dum ea, tam beatis occupata negotiis, prolixiores moras innecteret, missis a rege nuntiis, qui promptius eam reverti commonerent, regem sedere ad mensam, proceres exspectare, reginæ jussioni pauperum prætulit famulatum, nolens ante regredi quam quod cœperat explevisset. Quod rex audiens, et graviter tulisse memoratur, et ultra quam decuit increpasse reginam tardius revertentem. Idem tamen postea pœnitens, veniam supplex exoravit, se ipsum constanter accusans, quod Spiritum sanctum contristaverit, et ejus templum **893** constriatere præsumpsisset. Addidit etiam largiora precibus munera, quæ velut in redemptionem maritalis excessus, fidelis et devota Deo uxor pauperibus erogaret. Quo facto, ita regis indignatio quievit, ut ipse de tanta devotione conjugis, et Deo gratias ageret, et quo abundantius necessitati subveniret eorum, largiores expensas ei juberet præparari.

14. Adventantibus autem ad palatium Christi sacerdotibus, et prout exigebat imminens causa, regium implorantibus auxilium, tanto exultabat gaudium, ac se ipsam Christi constaret adesse præsentiam. Hos

ctoris usum notavimus. BOLL.

(38) Hæc clara Hildeberti phrasis omnino repugnat virginitati quam sancta regina in conjugio conservasse dicitur ab aliquibus scriptoribus. BOLL.

e quod docuit susceptos, et loquentes audivit
us, et discumbentibus humiliter ministravit.
rat promptum discerni utrum Martham potius
eret quam Mariam. Omnium causis aderat,
am gravaminibus gravari se querebatur; nulli
enedictio, nulli postulatum detulit auxilium.
olum quod in eorum transibat obsequium, pro-
osibus assignatum fatebatur. Ejus circa eos
tati nihil domus dispensatio, nihil regni ne-
letrahebant. Discedentes vero flens prosequeretur
et orans ut ibi sui memores fieri dignarentur,
tri Filius immolatur (39).

Nec minor ei circa reos adfuit sollicitudo, qui
is sceleribus, vel in carcerem, vel ad suppli-
rahebantur. Pro eorum salute cursitabat, per
os universis supplicabat, frequenter com-
s rei sanguinis oportere misereri, cum pro reis
anguis fuerit effusus Redemptoris. Ac ne
a conatus in irritum duceretur, non ante ces-
landimentis animum mulcere principis, quam
ntentiam protulerat justitiæ, proferret miseri-
i. In hac autem damnatorum solutione, tantam
us ei gratiam contulit, ut ad nomen ejus ob-
paterent carceres, ferri vincula solverentur.
liliosi, quibus censura curiæ mortem dicta-
ut tormenta.

um enim in villa quæ Perona nominatur, matu-
ritate perambularet, rei qui in proximo car-
matione tenebantur addicti, clamare cepe-
eis regina subvenire dignaretur. Quo audito,
m esse, et quare clamaretur, Christi filia
ter inquirat. Mentiuntur custodes carceris
pauperum multitudinem, et eos alimoniam
ire. Credit regina ministris, et quam peti-
nt, clamantibus eleemosyna destinatur; qua
epta, ne ulterius clamarent minis et verberis-
todum coerciti, siluerunt. Meruere tamen
ri, devotius animo clamantes quam verbo.
ti enim nocte, dum regina solitis insisteret
ibus, nutu divino, reseratus **§§4** carcer
disrupta sunt vincula, egrediuntur incolu-
i pœnis servabantur et morti. Et ne tanto
tur ingrati beneficio, beatæ mulieris genibus
ti, gratias agunt, sacris ejus meritis ereptos
ulis se publice prædicantes.

divulgato autem miraculo, filia Christi non
gitur gloria, sed ad ejus relationem, profusis
vultibus, indignam se testabatur, pro qua
us suis servis præfatum dignatus esset im-
e beneficium. In humilitate ergo persistens,
sartus multiplicatis atterebat disciplinis (40),
auperes et Ecclesias Christi tanto facta dif-
quanto jam de mercede securior. Unde cum
is diebus, prout reginæ conditio morebatur,

A auratis uteretur indumentis, et a circumstantibus
puellis laudaretur, ex alto suspirans, indignam se
tali veste deplorabat, eamque statim exuens, cujus-
libet ecclesiæ cultui dedicabat et honori. Præterea
si quid ei gemmarum accessisset, si quid purpuræ,
si quid cultus pretiosi, totum sacris altaribus, aut
ecclesiasticis assignabat ornamentis.

CAPUT III.

*Monastica sanctæ professio, liberalitas erga eccle-
sias, fundatio parthenonis Pictaviensis, ex quo rex
eam ad conjugium retrahere frustra nititur.*

18. Ascendit autem eo usque reginæ propositum,
ut abjectis insignibus potestatis, et conculcata mundi
gloria, pauperem Christum pauper sequi peroptaret.
Quod ut implere mereretur, ad beatum profecta
Medardum, sanctimonialis ab eo et vestem expetiit
et benedictionem. Cujus petitioni nequaquam ponti-
fex acquiescens: « Non patitur, inquit, sacra lex
conjugii, ut uxore simul et marito superatite legi-
timarum (41) solvantur fœdera nuptiarum. » Instat
beata mulier, et largiore fletu verecundam perfusa
faciem, velari se deprecatur. Fit tumultus in eccle-
sia, votisque reginæ concordanti sententia clerus re-
sistit et populus. Eam sacris altaribus se ingeren-
tem proceres retrahunt, pontifici ne reginæ manus
præsuerneret imponere constanter inhibentes. Quæ
cum videret tam primates quam plebem suis obtuli
consiliis, sacrarium ingreditur, et animo in novum
confirmato propositum capiti suo religionis habitum
imposuit. Dehinc ad pontificem regressa: « Requi-
rat, inquit, Dominus Deus animam meam de manu
tua, si magis regem hominum quam Regem timueris
angelorum. » His auditis, ei manus imposuit, non
magis ejus obsecratione perterritus, quam constantia
superatus.

19. Beata itaque Radegundis, arduam ingressa
viam, divitias et regios apparatus, qui illi ex hoc
mari magno et spatioso feliciter egressæ remanser-
ant, pauperibus et ecclesiis larga manu distribuit.
Mox enim ubi reginam penitus abjecit, indumenta
quibus coronata utebatur Dominicæ mensæ sup-
posuit, scilicet **§§5** acceptam Deo et plenum
gratiæ holocaustum. Zonam quoque auream, et
armillas et inaures, omnia pretiosis insignita mar-
garitis, confregisse et pauperibus distribuisse me-
moratur. Inde progressa et ingressa cujusdam sancti
cellulam, tapetibus, vitis, fibulis et manicis intexto
gravidis auro sacra oneravit et honoravit altaria.
Deinde non minora diversis distribuit cœnobiiis,
quorum opinio sub reverendis patribus, scilicet
Dadone venerabili, sanctoque Gundulfo, consummata
et insignis habebatur. Inde Turonum felici navigio
delata, quantum se officiosam circa beati Martini
sepulcrum præstiterit, quanta lacrymarum obtulerit

tur pro qualibet corporis afflictatione, ut in Glos-
sario Cangii ad vocem *Disciplina* videre est. BOLL.
(41) Igitur etiam Hildebertus judicavit matrimo-
nium sanctæ cum rege Clotario fuisse validum et legi-
timum. BOLL.

Phrasis Hildeberto familiaris.

Disciplinæ hoc loco non accipiuntur pro
neis corporis flagellationibus, quarum usus
i sæculo xi invaluit. Sed *disciplina* apud
res ecclesiasticas antiquioris ætatis usurpa-

holocausta, quibus suspiriis cœlum pulsaverit, vix animus comprehendere, vix lingua sufficit explicare. Testata sunt ejus devotionem, non magis oblata singulis altaribus ornamenta, quam profundi gemitus, et humidum lacrymis pavementum.

20. Facta autem oratione Caudatam (*Cande*) pervenit, ibi quoque Dominicæ mensæ locupletes offerens apparatus, ubi gloriosissimus Christi confessor et pontifex Martinus beatum cœlo reddidit spiritum. Erat haud procul inde villa quædam Suedas (vulgo *Saiz*) nomine, quæ ei lege donationis accesserat, ad quam cum beata sanctimonialis declinasset, et aliquot diebus in ea moraretur, delatum est ad aures ejus regem velle eam revocare ad palatium, graviter conqueri tantæ mulieris consilio et sapientia desolatam esse regni majestatem. His auditis, Deo devota mulier intremuit, totaque ad Deum conversa, ne sæcularibus illecebris rursus eam pateretur involvi, nocte ac die fletu profusa deprecatur. Disposuit etiam teneros artus gravioribus atteri suppliciis, ut si parum prece proficeret cruciatus saltem votorum mereretur effectum.

21. Erat tunc temporis in castro Cainone (*Channon*) vir justus et timoratus, nomine Joannes (42), quem gravissimo reclusum ergastulo conspicuum religio fecerat et famosum. Huic non modici pretiosum felte aureum, gemmis et margaritis mirabiliter ornatum, in quo erant aureorum mille solidi, quod adhuc illi supererat ex regalibus ornamentis, beata Radegundis per fideles nuntios **896** transmisit, orans et orari pro se, et incunctanter sibi aperiri, si quid de præfata regis dispositione vel certo disceret nuntio vel spiritu prævideret. Quibus auditis, vir Dei proximam noctem in vigiliis et orationibus expendit. Mane autem facto, quæ sibi divina innotuere clementia illi propere nuntiavit, scilicet regi minime permissum ut rursus eam suo assignaret conjugio, licet hoc multiplici nisu perficere conaretur. Vestem quoque cilicinam, qua rebellis caro graviore disciplina frangeretur, Christi filiam, sicut ipsa postulaverat, destinavit.

23. Suscepto igitur et munere et nuntio, beata sanctimonialis Deo gratias agens Pictaviis læta discessit. Nec mora litteris ad regem destinatis, juxta præfatae mœnia civitatis fieri sibi oratorium postulavit; exauditum est ejus votum, et jubente rege Pientius (43) eo tempore Pictavensis episcopus, et dux Ostrapius monasterium brevi tempore consum-

(42) Is erat presbyter, natione Brito, inquit Gregorius Turonensis, lib. De gloria confess. cap. 23, in summa religione degens, qui se arctius in cellula quadam recluserat, prope oratorium sive capellam, quæ postea sub titulo Sanctæ Radegundis erecta est, et in qua etiam nunc visitur tumulus præfati Joannis, sanctitate etiam post mortem, et miraculis clari, sed vacuus ab anno 1565 quo Calviniani corpus ejus exhumatum profano consumpserunt incendio. Ita Ruinartius noster in notis ad hoc capitulum.

(43) Cujus ut sancti episcopi festum Pictavi, celebratur 13 Maii. De quo et de Ostropio sive Austropio duce, Greg. Tur. lib. iv Hist. Franc. cap. 18,

marunt; suscepta in eo virginum multitudo centesimi fructus præmium doctrinis beatissimæ sanctimonialis adepta est et exemplis. Sub præfati quippe loci abbatissa (44), quæ ex ejus electione gubernaculum suscepit animarum, sic illa vivere studuit, ut humilior omnibus, omnibus abjectior haberetur. Omnibus obsequio quidam subesse, sanctimonia vero præesse decerabat.

23. Sed quoniam pie vivere volentes persecutionem necesse est patiantur, ad desideratum susceptæ navigationis portum beatæ mulieri quiete non licuit pervenire. Quod enim ipsa dudum formidaverat, rex quorundam consiliis facturum se disposuit, scilicet ut a sacris illam abstraheret officinis, et vinculum renodaret nuptiarum. Ut igitur impie perageret quod sacrilega mente conceperat, assumpto secum filio suo Sigeberto, sanctoque Germano Parisiensi episcopo, Pictavium proficisci decrevit. Cum autem jam Turonum pervenisset, et hujusmodi rumor totam peragrasset provinciam, sanctimonialis illa præfato pontifici plenos... (45) apices destinavit, orans ne pateretur susceptæ contemplationis requiem molestiis aliquibus infestari; fieri non posse ut ipsa regem hominum Regi præferret angelorum.

897 24. Decursis episcopus litteris, pedibus regis advolvitur, implorat ut a suo desistat proposito, manus a consecrata Christo abstineat; impendat Spiritui sancto reverentiam, qui in vase fragili propriam fecerat mansionem. Exauditur pontifex interpellans, et quia vim paverat, non erubuit delictum confiteri. Supplicat ad veniam potestas, et cujus conjugium non meruit, ejus precibus adjuvari deprecatur. Ne quis autem deinceps in eodem conatus regem præviis excitaret consiliis, gravis illos depopulata est ulio, quorum persuasionibus eam rex ad nuptiale debitum disposuerat revocare. Qualem enim blasphemus et infelix Arius proprii furoris exitum invenit, talem illi visceribus egestis divinam experti sunt indignationem.

CAPUT IV.

Austera sanctæ abstinencia, dira corporis afflictatio, aliæque virtutes monasticæ, quibus tunc votisimum Pictavii fulsit.

25. Exinde sanctissima mulier omnem metum projiciens, cursum feliciter consummavit, fidem servavit, repositam sibi a Domino Deo coronam justitiæ expectans. Fuit autem ejus intentio se

(44) Sancta scilicet Agnete, de qua supra, quam ipsa S. Radegundis elegerat, et institui curaverat, ut patet ex ejus ad episcopos epistola, a Greg. Turon. relata Hist. Franc. ix, n. 42, et cui ipsa, ut superiori suæ, se subdidit et humiliter obediit.

(45) Hic vox aliqua deest, quæ tamen facile suppleri potest ex phrasi Baudonivæ, quæ illos plenos firmi propositi aut intrepidæ constantiæ apices supra vocavit sacramentales litteras, cujus epitheti significationem ibidem in adnotatis explicuimus. BOLL.

ipsam constanter affligere, pauperibus indefesse famulari, legem conventus inoffense custodire. In tot affectus una et mulier divisa, sic in singulis tota fuit, ut videretur unicuique curam præstare singularem. Ex eo enim die quo palatii gloriam penitus abdicavit, de parcissimo quo sustentabatur edulio bonam sibi studuit adimere portionem. Extunc nullum coquorum peritiam, nullum gulæ novit irritamentum. Extunc etiam communes aspernata delicias, necessitati legumine consuluit et herbis; talibus quoque mensis nullum olei, nullum salis accessit condimentum. Aduit ei et panis, sed hordaceus, sed quem coxit. Hic in die semel sumptus jejunium solvit, non removit esuriem. Sitim, quam nimia panis accendit ariditas, vel aquæ mulæ, vel piratii haustu mitigavit. Nam vini, seu cervisiæ nullam fecit omnino mentionem. Pectus ejus induratum cineribus, et injecto desuper cilicio, crucem spondebat non quietem.

26. Sane et cum tot et tam gravibus suppliciis vix tenera mulieris membra sufficerent, diebus tamen Quadragesimæ mulier addidit ad pœnam, Dominus ad coronam. Toto siquidem tempore illo, præter Dominicam diem, ab omni pane penitus abstinuit. Toto tempore illo, tenui refectione radicum sustentata est et herbarum. Earum austeritatem nulla salis aut olei temperavit adjectio. Per idem tempus, ardorem sitis tactu simplicis aquæ mitigavit. Ea enim solis diebus præfatæ refectionis, et tam parce sumebatur, ut laceratis ariditate labiis, pristinam cantandi psalmos amitteret facultatem; ab illorum tamen modulatione nullo desistens incomodo, cursum, prout poterat explere, **SSS** non cessabat. Inter hæc præjudicia carnis et tortores cruciatus, continuata oratione noctem sæpe duxit insomnem. Comes ejus vigiliis uber fletus et cœlestium meditatio gaudiorum. Ad hæc illa quodam volatu mentis ascendens, ita rebus intererat hominum, ut et rebus interesset angelorum; gustabat et videbat quam suavis sit Dominus, suspirabat et dicebat: «Misericordiæ [*Pulg. sapientiæ*] ejus non est numerus (*Psal. CXLVI, 5*). »

27. Et quoniam spiritu quoque docebatur, quia qui plus laborat, plus mercedis accipiet, jejuniorum atque vigiliarum laboribus novum carnis addidit cruciatum. Facta enim ad pœnas ingeniosa, laminam de auricalco (46) sibi fabricari præcepit. Hanc ignibus calefactam teneris membris altius imprimere consuevit, ne [*f. ut*], si quid voluptate deliquisset, cruciatu sequente purgaretur. Hoc tormentum carni sæpius infixit, hostiliter persecuta se ipsam, quia, fortasse cum nollet, placuerat ad culpam. Una quoque Quadragesimarum, cum ad promerendam Domini gratiam prædicti labores minus sibi sufficere viderentur, brachia simul et collum ferreis astrinxit circulis, reliquum corpus triplici

catena circumcingens. Solum ferri pondus grave supplicium, sed gravius alior carnis incisio. Ea ferro superducta, secretum tulit et sine teste martyrium. Transierat jam Quadragesimalis observatio, cum ferrum profundius inclusum suprema coegit educi necessitas. Hoc igitur vix educto, tantum sanguinis ex lacero corpore defluxit, ut exhaustis vitali substantia præcordiis, pene spiritum exhalaret. Sic illa se ipsam de die in diem persequens, sibi vixit ad supplicium, reliquis ad exemplum.

28. Alia deinde Quadragesima, aliud adversum fatigata toties membra tormenti genus innovavit. Æneum quippe vas ardenti plenum carbone sibi præcipiens apponi, familiares egredi jubet, obserat cellulam, cilicio exuitur, et femina supra feminam fortis, armatur ad pœnam. Parum sibi videbatur cor contritum quotidie Deo offerre, nisi et carnem in spontaneum cremaret holocaustum. Præparato ergo ad crucem animo, in ignem se projicit: carbo quæritur ardentior, et versatis desuper artibus, cutem et carnem quæsitum rumpit et penetrat incendium. Mora in igne longior, tenerum corpus altiori vulnere persequitur. Candens æs advolvitur membris, intima fervore consumuntur. Agitur ne quid incombustum remaneat, tanquam si ipsa partibus incombustis invideret. Adjicitur cruciatus, velut alter cruciatus, ipsa combustæ carnis incuria. Latere credidit gloriosam femina victoriam, sed putrefacta caro secretum fetore prodidit martyrium: **SSS** sanguis quoque toto defluens corpore, quod lingua tacuit indicavit.

29. Quis audeat Radegundi præmium derogare martyrii? Quis gladium, quis percussorem defuisse fabuletur? Quis ibi martyrium neget, ubi tortor est femina, instrumentum flamma, Christus causa? Si percussorem quæras, nemo alteri crudelior quam ipsa sibi. Si gladium, quot carbones, tot gladios invenies. Si causam, Christum lucrari conabatur. Sentiant alii quod voluerint, ego affirmare non verebor Radegundim, hispido vulneratam cilicio, continuis afflictam jejuniis, ferri pondere maceratam, carbonibus et candenti ustulatam ære, præmium martyris (47) et meruisse in terris, et in cœlis obtinere.

30. Putabit fortasse aliquis illam mirabilem feminam, tot fatigatam cruciatibus, ad opera misericordiæ tardius accessisse. Cujus profecto in hac virtute devotionem si quis nosse desiderat, paginam decurrat subsequentem. Ex quo illa reginam exuit, et humilem induit monacham, omni tempore, quinta feria et Sabbato, collectis pauperibus, et balnea, et communem præparavit refectionem. His in diversorio susceptis, suis ipsa manibus capita lavit, unguibus abrasit scabiem, putredines abstersit, eduxit vermes ulceribus, admovit oleum; et quibuslibet ancillulis humilior, nullis eorum necessitatibus eru-

(46) Alii scribant *orichalcum* vel *aurichalcum*, quod est genus metalli passim notum BOLL.

(47) Forsan propter hoc aut simile ratiocinium

Boninus Menbritius Actis S. Radegundis titulum *martyris* præfixit. BOLL.

buit famulari. Infirmas etiam mulieres, quas hujusmodi cura egere sentiebat, balneis deponere, squalescentes confricare humeros, et singulis membris congruum studebat exhibere obsequium.

31. Perscrutabatur diligenter quæ quibus essent necessaria, pannos et sotulares (48) prout indigebant, omnibus administrans. Illis taliter non ponere sedilia, nec mappas afferre, nec offerre aquam manibus abluendis gravabatur. Apponebat et fercula, cibos lautiores providens infirmis, et dispensans. Si quis gravioribus incommodis urgeretur, huic ipsa panem, ipsa carnes incidebat. Nonnullos suis ipsa manibus pavit. Pendebat ab humero linteum, quo vel ab ore debilius, vel a cochlearibus cadentia tergebantur. Aderant puellæ comites, sed earum nulla famulantis vices exceptit. Radegundis curam qua tempus egebat, agebat; sicut necessitas occurrebat, discurrebat. Radegundis ante jacentes inclinata est, ante sedentes stetit, jejunaret ante comedentes. Nullus sibi tumultus, Radegundi monasterium quodammodo indicente silentium. Peracto denique convivio, in cellulam festinabat, orans ut cuncta ejus operatio, et a Deo semper inciperet, et per Deum cæpta finiretur. Omni quoque Dominica, sicut in præfatis diebus, egenis convivium procuravit. Cæterum, quia eo die celebratio instabat missarum solemnitas, post distributa prima fercula, per [post] oblatum semel omnibus poculum, festinantius ad monasterium revertebatur, relictis ante pauperes puellis, quæ cæptam sollicite peragerent servitium.

32. Erat ei etiam circa leprosos tam devota sedulitas, ac si ipsum adesse Christum minime dubitaret; quibus benigne susceptis, ipsa eorum manus aqua repente lavabat, suspensio tactu laceram cutem fovere non abhorrens. Mulieres autem, quarum vultus præfata valitudo terribilis vulneraverat, non amplexari verebatur, non arctius osculari. Apposita deinde mensa, ne vel durius, vel pede pendulo sederent, stratis mollioribus et scabellis agebatur. Quis neget Radegundem susceptis ministrasse leprosis? Quis dicere audeat commissum alii plenum copiosa mercede negotium? Nunquid abhorruit offerre poculum, quam conferre osculum minime fastidivit? Nemo credat Radegundem tam tepide coronam dilexisse, ut oblatam verita sit promereri. Imperfecte sollicita esset de præmio, nam hujus obsequium præmium aliis invidet. Invidit autem quæ succincta fastidiosum sine fastidio explebat officium. Cum autem jam pransi surgerent, necessaria eis largiebatur indumenta, discedentium manibus et osculum porrigens, et argentum. Ubiunque autem vel febribus, vel quibuslibet morbis afflictos decumberet noverat, quæ illis salutaria essent, quæ manducarent libentius, quas appetere delicias cu-

(48) *Sotulares* apud scriptores mediæ ævi etiam dicuntur *subtulares*, et accipiuntur pro calceis, ut in Glossario Cangii videre est, BOLL.

(49) Hildebertus pro *enlogiis* supra posuerat *benedictiones*, quæ utraque vox apud auctores me-

riosus inquirebat. Nullius votis defuit, dummodo tempori concordarent. Plerumque accidit ut quæ diutius languisse constabat, ejus eulogiis (49) amissam reciperent sanitatem. Stupebant omnes ejus magnificentiam, mirabantur unde tot divitiæ, nescientes jam solvi Dominicum illud promissum: « Date et dabitur vobis (Luc. vi, 38). »

33. Hinc illa pauperibus locuples se ipsam sub gravi paupertate coercuit. Mollem cultum inexorabili persecuta est odio, quibus cilicium tegeretur, vestes induta grossiores. His etiam, cum posset pretiosis abundare, sæpius eguit, inter virtutes sciens esse paupertatem, quam necessitas non adducit, sed voluntas. Unde cum si tempore quodam manicæ defuissent unam de caligis suis in operimentum divisit brachiorum. Beata mulier, quæ sic abundare noluit, ut nullam sentiret egestatem. Nondum sibi verus pauper videretur, nisi cum paupertate spiritus rerum quoque penuriam sustineret.

34. Porro inter has circa pauperes curas et quotidianos carnis cruciatus, ad Matutinas surgere prima; prima statulis adesse horis; prima, quæ forte jubebantur, implere festinabat. Quod si cæteris tardius vel inchoasset, aliquod bonum vel egisset, statim se negligentie arguebat, tanquam si pœnaliter deliquisset, veniam postulare non differens. In iis autem administrandis quæ unicuique legibus ordinis imponuntur, aliis ipsa plerumque successit, nullam sibi [non] otiose diem transactam credit, nisi labore suo labores aliarum relevaret. Factura coquinam, nullum causata est incommodum, nullam prætendit excusationem. Hanc ingressa, sordes non erubuit ejicere, quas videre quælibet ancilla fastidiret. Dehinc ipsa de puteo aquam hausit, ipsa tulit, ipsa focum accendit, scutellas mundavit, incidit olera, curam leguminibus adhibens, et coquendi sufficienter et congrue dispensandi. Sic illa monasticis obsecuta legibus, cæptam sine querela septimanam complevit. Totum præterea monasterii pavementum, atque officinas, seu etiam penetralia tam submissè mundare consuevit, ut nec plenos sordibus cophinos efferre, nec fetorem sustinere recusaret. Dummodo pateretur pro Christo, paupertas illi divitiæ, labor quies, opprobrium gloria videbatur.

35. Porro ad communem sedenti mensam ponebantur eadem quæ cæteris, sed non eadem sumebantur, superpositam quippe secundo pani (50) similam, velut commessura labiis admovebat, cum saporem palato penitus sentire fastidiret. Ne tamen omnino deficeret ex hordaceo pane, sumpta est prope jejuna refectio. Denique surgens a mensis, hymnum Deo solvebat reliquo tempore vel lectioni deputato, vel psalmis. Cum enim a psalmodum modicæ ætatis pro donis vel munusculis usurpatur. BOLL.

(50) Vocatur a Latinis *panis secundus*, cui aliquid surfuris admistum est. BOLL.

dulatione desisteret, aliqua monacharum aderat, quæ divinarum recitaret oracula Scripturarum, quas illa studiosius audiens, aliis persuadebat ut legentem diligenter attenderent, et de interiori habitu speculum consulerent animarum. Quoties obsecurum offendebat locum, nescientibus exponebat, increpabat negligentes.

36. Diæta igitur tam beatis transacta negotiis, cum jam cæteræ dormirent, ipsa singularum solutares tergebat et ungebat, diligentius intuens quæ novis indigerent. Dehinc accedebat ad lectum, quo sicut nihil humiliter, ita nihil minus aptum voluptati. Eo quoque tempore lectrix aderat, ut beata sanctimonialis etiam a somno evigilans, spiritualibus deliciis aleretur. Si quando illa sileret, opinata quiescere fatigatam, ac dormire, statim audiebat: « Quid taces? Lege, ne cesses. » Præterea, ne cor ejus vigilasse dubitetur, cum membra modico sopore quiescerent, psalmos etiam dormiens cantabat, dictura veraciter cum Propheta: « Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper (Psal. xviii, 15). »

37. Surgebat autem media nocte, et quousque congregatio monasterium adiret, in lacrymis et gemitu psalmis instans et contemplationi. Contemplatio quippe sic ejus animum vindicavit, ut, licet absens corpore, spiritu tamen illam tantum civitatem frequentaret, cujus plateæ sonant laudes de die in diem. Tota illius deliciis tenebatur, nec aliud cor eructare poterat, quam cælestium nectar, et gratiam gaudiorum. Unde, cum quadam die prætereuntem juxta se posticariam nominare vellet, et ei aliquid imponere negotii, pro ejus nomine protulit Alleluia. Idem sæpius felix error incurrit. Ubi erat thesaurus suus, ibi erat et cor suum.

38. Quid autem loquar de ægrotis sanctimonialibus, quibus omni die visitatis, delicatioribus cibos jejuna Radegundis præparabat? Ipsa nullum vel infirmitatis, vel sexus abhorrens incommodum, languentes levabat et lavabat, efferebat et referebat. Ipsa eis sorbiciunculas, ipsa decoctiones procurabat, nihil eorum prætermittens quæ decumbentium valetudo postulasset. In colligendis quoque hospitibus non minor sedulitas, non minor et devotio fuit. Iis in Christo susceptis ipsa pedes lavit, ipsa pransuris aquam porrexit. Denique ipsa ministravit omnia quibus hospitem necessitati subvenitur. Quod si contigisset religiosam suscipi personam, de moribus hominis, de studio, de vita secretius inquirebat; si eum sub arctioribus disciplinis vivere didicisset, ejusdem se subdebat institutis, ejus exemplis ad virtutum utebatur incrementum. Infra perfectum se credebatur profecisse, nisi in actibus suis actus omnium refulgerent perfectorum. Hos ejus opera loquebantur, hos ipsa Christi virginibus commendabat, hos prædicabat imitandos. Nihil tamen suggerebat aliis quod non magis exemplo doceret quam verbo.

39. Tota ejus vita loquebatur sanctimoniam. Tota Christum redolebat. Præter odium nihil illi cum vitis fuit. Zelus legis, et jugis in lege meditatio virtutum introduxit conventum. De his nihil sinister, nihil felix eventus imminuit. In omni statu secunda fuit apud mulierem justitia. Ea nullam de splendore natalium, nullam fecit de gloria conjugii mentionem. Regis amplexus, quibus nec etiam captiva capta est, admissos potius doluit quam dimissos. Hos experta, dispendium pudoris prærogativa supplevit meritorum. Attende mores, actus considera, jugem inspice pœnitentiam, fatcaris necesse nullam sanctimoniali defuisse virtutem. Nisi enim ei esset prudentia, nec salutaria noxiis, nec fugiendis appetenda prætulisset. Fortitudine autem atque temperantia semper sibi constans facta est et æqualis.

40. Inter hæc vero principatum quemdam obtinuit servata usque in finem humilitas. Humilitatem quoque nemo patet pauperi defuisse, quæ sceptra tenens superbiam ignoravit. Si de abstinentia quæritur, pauca indulget naturæ, nulla gulæ. Nemo illa mansuetior, quæ regina, et offensa, nullam quæsit ultionem. In omni actione et verbo modum discretionis posuit, attendit tempora, rerum terminos observavit. In suis quidem gratias egit, alterius vero flevit injuriis. Læsa, promptior fuit offerre veniam, quam qui læsisset, postulare. Irasci Christum timuit, si irata solem videret occidentem. Ante illam nemo alteri impune detraxit. Deficiam necesse est, si singulas ejus virtutes explicare tentavero. Reclusa est hæc in cellulo, donec Deo spiritum redderet. Corporis sui pia carnifex et sacrificatrix fuit; ibi usque ad injuriam naturæ, longis instans jejuniis, cilicio vulnerata, secretis afflicta cruciatibus, ad Deum pro universis Ecclesiæ gradibus intercessit. Ejus sanctissimis precibus et litteris, inter discordantes principes, pro concordia destinatis, parata est ecclesiis requies, pax patriæ restituta.

CAPUT V.

Diversa miracula quæ Deus per intercessionem hujus sanctæ patravit.

41. Tantam præterea a Deo consecuta est gratiam, ut ad ejus nomen sanarentur infirmi, quiescerent moribundi, vita defunctis redderetur. Plerumque siquidem contigit longævo decumbentes incommodo, susceptis ejus eulogiis, in pristinam convalescere sanitatem. Nonnulli quoque, gustatis arborum foliis, quibus ea sacras manus admovebat, quartanas, atque alias infirmitates evaserunt.

42. Erat eo tempore matrona quædam in Francia, cujus oculi diuturna cæcitate caligaverant. Hæc, audita sanctæ mulieris opinione. Pictavim manibus suorum deducta est servulorum. Rogata sanctimonialis ut signum crucis illius oculis imprimeret, indignam se proclamavit, cujus tactus morborum remedia sperarentur. Tandem exaudiuntur

qui devote pro misera supplicabant. Sed quia illorum quæ per eam divina operabatur gratia, testem malebat esse nullam, quam populum, sera nocte mulier adduci jubetur, adducta genibus sanctimonialis advolvitur, signum crucis imprimitur oculis, et fugata cæcitate visus illius reformatur.

43. Puella, nomine Fraifidis, a dæmonio mirabiliter torquebatur, quæ inter beatas manus Deo devotæ feminæ, et liberari et quiescere promeruit.

Aliam quoque gravissima vexabat infirmitas, verme interiora scapularum corroden- te. Pro qua dum devotius Christum Christi filia præcaratur, rupta cute vermis exiit, intra paucos dies integra et sanitate restituta.

Monacharum quædam tanta vi febrium tenetur, et nunc igne 904 consumpta nunc frigore, de vita penitus desperaret. Hanc sex mensibus in lecto decubantem præsentari sibi Christi sponsa præcepit; præcepit etiam caleferi aquas, et calefactas in cellulam deportari. Complentur sine mora quæ beata sanctimonialis præceperat; deinde remotis omnibus ipsa febricitantem deponit in balneum, pio membra contrectat obsequio, cælum pariter et gemitu pulsans et fletu. Ecce salus desperata subsequitur, et tanquam si tactum formidaret infirmitas, eodem momento sub beatis manibus abscessit. Sed illa in pristinam reformatam salutem, dum remedium suscepit, meritum declaravit.

44. In deredi cujusdam uxor sterilem sortita fecunditatem, sepulcro parere consueverat, non marito; concepta in utero progenies ad exsequias potius quam ad cunæ parentes invitabat. Ex quo illa mater extunc ille funeris procurator venter male fecundus, cum hominem promitteret, non hominem exhibebat. Quid ultra? Pariendi tempus advenerat, et ecce mater in lucem sine luce protulit infantem defunctum priusquam genitum. Accusans pater naturam, occurrit ad gratiam; fide quidem plenus, et in sola Radegundi spem sibi reponens hæredis, cilicio ejus cadaver involvit exanime. Beata præsumptio felicem exitum promeruit; tacta etenim veste, puer oculos aperit, lethalem exiit colorem, vitæque redditus ad maternum refertur gremium, qui de gremio prodierat ad sepulcrum. Susceptus infans et partus angustiae, et mortis mœrorem mitigavit.

45. Monacharum famulus, nomine Floreius, jussu beatæ Radegundis navem piscaturus ascenderat. Is cum in altum duceret, oborta cœpit tempestate periclitari. Insurgens undique ventus et unda, cacumen altius erigens, in naufragium jurasse videbantur. Perterritus his Floreius ad nomen Radegundis frequentius recurrit; Radegundim invocat,

A sæpius iterans: « Subveni, sanctissima, nobis, dum tuo paremus imperio. » Ad ejus nomen vis ventorum resedit, quievere maria, Floreius ad portum volis potius pervenit.

46. Magna sunt quæ præcedunt, sed nequaquam minora quæ sequuntur: evelli speciosam laurum, et ante suam plantari cellulam filia Christi præceperat; quo facto, radix recusans humum degenerem, transplantata protinus exaruit. Quod ubi abbatissa comperit, jocando beatæ locuta feminæ: « Donec, » inquit, « hoc impetresa Deo ut terræ sicca laurus inhæreat, a cibo te suspendo. » Quod etsi joculariter abbatissa protulerit, illa tamen quasi seria loquenti, plenam exhibuit abbatissæ obedientiam. Facta siquidem oratione, continuo 905 laurus virore induitur, novis operitur foliis, et altius actis radicibus, fecunditatem quam violentia perdidit, gratia acquisivit.

47. Pro cujusdam quoque Carpentarii uxore, quam malignus invaserat spiritus, abbatissa jocosè potius quam serio, beatæ sic locuta est Radegundi: « Excommunico te, mater, nisi obsessa a dæmonio muliercula infra triduum liberata quieverit. » Sed et hoc non inaniter dictum, frælex (51) effectus est indilate subsecutus. Sequenti enim die, dum sanctimonialis interventu prolixiore pro misera præcatur, per aurem dæmon egrediens, vasculum reliquit liberum, quod diutius solita præsumptione fatigarat.

Offertur ei et alia quædam miserrima, cui simili præjudicio vexatæ, nequam spiritus quietem mentis extorserat et carnis. Putares inimicum præsentiam beatæ mulieris formidare, cui nisi summa vi non potuit exhiberi. Præsentata tamen muliercula pavimento jubetur prosterni, non inde prius amovenda, quam et ipsi salus, et amicis ipsa redderetur. Hanc enim sacræ preces habuerunt efficaciam, ut eum super arreptitiæ cervicem sanctissima mulier pedem poneret, per meatus immundos immundus egrediens spiritus, mulierem desereret incolumem.

48. Quædam præterea monialium, beatæ familiaris feminæ, oculo superficies (sic), contactum visum deplorabat amissum. Sed et hæc sanitatem promeruit absinthium, quod, prout lenius haberet, potiori suo sancta mulier admoverat, oculo superponens. Apposita siquidem herba statim dolorem fugavit, et sanguinem, mulieri gaudio pariter et visu restituit.

Quadam autem die, dum sanctimonialis oraret in cellula, quasi dolentis populi voces audivit. Sciscitanti quidnam esset, unam obisso monacharum respondetur, ejusque funeri reliquas humanitatis affectu exhibere officium. His auditis, examine corpus deferri præcipitur, et ei in cellula præsentari. Nulla in medium mora, et ecce præsentato cada-

(51) Noscimus quid proprie significet illa vox *frælex*, eamque in variis lexicis frustra quærivimus. Quid si sit error typothetæ vel amanuensis, et pro *frælex* fuerit *felix*? Certo in hanc Hildeberti locu-

brationem non pauca menda irrepservunt, sed ea sphalmata non nisi ex conjectura corrigere possumus, cum Acta illa S. Radegundis tantummodo in hac unica editione habeamus. Boll.

vere, qui defunctum intulerant, longius abscedere A compelluntur. Remotis igitur arbitris, oratura mulier, cellulam obserat. Humi genita (52) deponitur, precibus cœlum pulsatur et gemitu, lacrymis invitat vitam, præsumens id ex gratia, quod non sperabat ex natura. Imperiosa res vera religio, quæ leges et statuta rerum immutat. Religione actum est ut nihil inaniter a Christo Christi filia postularet. Sed neque in hoc piis illa frustrata desideria, tantum invenit apud Deum gratiam, ut ejus meritis redderetur vitæ destinata sepulturæ. Stupentibus iis qui cadaver intulerant, monacha incolumis egreditur, comitata sorores ad conventum, 906 quæ illam præcedebant ad sepulcrum.

49. Quædam monacharum, nomine Animia, lethalis tumuerat hydrops (53) et vocati frustra medici, nihil aliud quam vicinas promittebant exsequias. Quæ dum pene spiritum exhalaret, visum est in somnis, quod decumbentem beata Radegundis cum sua visitaret abbatissa, visitatam demitteret in balneis, oleo membra perungeret, ac postremo candidis operiret indumentis. Excitata a somno monacha, miligatum sensit incommodum. Deinde cum dies plenior illuxisset, aquis lethalibus exsiccans, tumefactus recedit uterus, eodem die sic in suum regressus modulum (54) ut morbi nulla penitus vestigia remanerent.

50. Magnum Radegundis meritum, quæ hoc etiam obtinuit a Domino, ut opera manuum suarum quamdam præ cæteris sortirentur dignitatem. Glomus quippe, quem beati neverant digiti, dum morsu sorex vellet atterere, præfocatus exspiravit. Nulli C dubium meritis hoc accidisse mulieris, cujus labores dum vermis (55) appetit, gratia conservavit.

Puellam præterea, nomine Godam, tantum febris urgebat incendium, ut nihil aliud quam mortem diuturna promitteret anxietas. Hæc inaniter erogata in medicos substantia, sicut a nullo eorum sanari, sicut a nullo sanctorum exaudiri promeruit. Compulsa igitur ad probatum recurrere auxilium, candelam ad modum corporis sui factam, in honore ac nomine beatæ mulieris accendi præcepit. Quo facto, tanquam si ignis morbi materiam consumpsisset, eodem tempore consumpta est infirmitas, quo candela. Surrexit mulier incolumis, et sanctissimæ debens femina, quo sanitati restituta, non prius hujus mundi procellas evasit, quam professa monacham, D mores in melius commutaret.

51. Porro beata Radegundis inter cætera gratiarum præconia, quibus Christi Ecclesiam illustravit

puro affectu veram amplectata est paupertatem, ut de rebus quas ipsa monasterio delegaverat, nihil proprium duxerit, nihil omnino alieni dederit absque suæ licentia abbatissæ. Quapropter vinarium vas octo ferme modiorum usui ejus abbatissa destinavit, unde quibus vellet larga dispensatrix ministraret. Huic autem vasi tantam Dominus infudit abundantiam, ut exhaustum non minueretur, non deficeret erogatum. Certamen iniisse videbantur et evacuando mulier, et gratia refundendo.

52. Conatus inanis conatus meus, si singula quæ per illam Dominus operari pignatus est, memorie studeam commendare. Supersunt enim plurima, quibus non solum vivens, sed et dormiens in Christo latius claruisse memoratur. Ea sane, dum dilatione præmi 907 longa traheret suspiria, totaque desiderio cælestium tabesceret gaudiorum, juvenis ei apparuit, statura eminent, et in vultu divinam præferens venustatem; quem propius accedentem dum mulier sanctissima formidaret, ejusque blanditiem vereretur. Quid, inquit, tantis me gemitibus interpellas? Quid mei desiderio sic tabescis? Ignoras quæ reposita tibi sint apud me præmia. In diademate capitis mei noveris te primam esse gemmam. Iis dictis juvenis evanuit, in extasi pariter et gaudio beata muliere derelicta. Quam profecto visionem duabus tantum sibi familiaribus indicavit, adjurans ne secretum Domini Dei sui revelare præsumerent, quandiu fragilis mundi legibus obnoxia teneretur.

56. Accedente autem diu suspirato, diu expectato vocationis suæ articulo, beata mulier hujus maris magi et spatiosi tempestates illæsa pertransiens, fatigatos artus et naturam profitentes cineri et cilicio commendavit. Conturbata subito casu virginum multitudo, cellulam querulis gemitibus implet, pulsatur et lamentis. Fluunt lacrymæ, nulla penitus invenientes solatio. Tandem beatissima mulier, erectis in cœlum luminibus, exsilium patriæ, laborem quieti felici transitu commutavit. abijt autem primo Idus Augusti, relicto gregi sacro profutura patrocinio, cui præfuerat et doctrinis et exemplo. Neque enim credi fas est apud Christum Christi filiam pro suis inaniter supplicare, cujus meritis suscitatos constat mortuos expulsos dæmones, turbata quiescere maria, variis oppressos languoribus, in pristinam revocatos sanitatem, operante per eam sponso suo Domino Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen (56).

(52) Hildebertus videtur hoc verbum *genita* deduxisse aut composuisse a substantivo *genu*, ut ex sensu patet, qui evidenter indicat sanctam tunc prostratam aut genuflexam orasse. BOLL.

(53) Certe in hac periodo aliquid luxatum est: ut enim syntaxis valeat, pro *lethali hydrops* legendum est *lethali hydropse* vel *hydropisi*. Quod si forte Hildebertus verbum *tumuerat* active pro *tumefecerat* usus fuerit, tunc pro *quædam* substituendum est *quamdam*; ita ut talis sit sensus: « Quamdam monacharum lethalis tumefecerat hydrops, » etc. BOLL.

(54) *Modulus* hic usurpatur pro mensura, ita ut Hildebertus significare velit uterum, antea hydro-pisi tumefactum, ad pristinam formam sive mensuram eodem die rediisse. BOLL.

(55) Mirum quod hic ab Hildeberto *vermis* vocetur animal istud, quod supra ab ipso *sorex* appellatum fuit. BOLL.

(56) Hic occurrunt nonnullæ voces exoticæ, quæ lectorem forte minus eruditum remorari præsent, et quarum hic explicationem, a nobis Mabillonii nostri in vitam S. Radegundis, t. 1 Aotorum Ord.

« Huic autem de Vita sanctæ Radegundis opusculo ex altero manuscriptarum Pictaviensium desumpto, non abs re fore censuimus, si illi attexeremus præfationem legitur in 908 altero, nobis amice transmissa a nostro D. Leonardo Senemaud, monasterii Sancti Cypriani Pictaviensis nostræ congregationis monacho, a quo et iconem sanctæ Radegundis in initio positam, et ejus curagraphice descriptam habuimus, quippe post Stephanotium præfatos manuscriptos iterum exactissime recensuit. Hæc autem præfatio favere videtur celebri apud Pictavos traditioni de miraculo avenarum, quæ, ut tradunt, et ut hic narratur, ita subito miraculose excreverunt, ut inter eas abdita fuerit sancta Radegundis, dum regem Chlotocarium, sive Clotarium, illam e monasterio ad palatium et pristinum conjugium revocare cupientem fugeret. Cum tamen hujus circumstantiæ neque Gregorius Turonensis meminisset, neque Fortunatus sanctæ reginæ amicissimus, neque Baudonivia ipsi æqualis et familiaris monacha, qui ad minutias usque vitam ejus descripserunt, sed neque post ipso noster Hildebertus, videat lector quid de hujusmodi traditione judicet. Sic autem se habet ista præfatio.

Quia sanctorum miracula fidelibus ad ædificationem habentur recolenda, non debent esse oneri recitate, cum imitata exonerationem faciant a peccatis, neque temeritati aut præsumptioni debet imputari, si neglecta, vel per inertiam prætermissa, dum tamen obediendo fiat, conscribantur. Igitur operæ præmium est minime reticere qualiter beatissime Radegundis regina, assumpto velamine a beato Medardo Noviomensi episcopo, transitum fecerit Turonis una cum charissimis et familiaribus suis Agnete et Disciola; ibique limina beati Martini Turonorum archiepiscopi cum summa devotione, et ex residuo vestium regalium, quas antea in palatio ferre solebat perlustraverit. Dehinc Condalensem veniens, omnique nisu locum videre anhelans in quo Christi confessor Martinus sublatus est de medio. Postremo, cum in villa Suedas in 909 territorio Pictaviensi sita accederet, nuntiatum est ei quod rex eam vellet suo revocare conjugio. Et, sicut ex antiquorum relatu compertum est, ipsa

A beata confestim iter arripiens, obvium quemdam habuit agricultorem, avenam ferentem, quem his verbis ita affata est: « Si a quoquam interrogatus fueris an nudiustertius ibi aliquem transitum facientem perspexeris, firmiter responde quod nemo ab hora illa in hujusmodi pertransierit itinere, cum hanc seminare avenam. » Et nutu divino ipsa avena subito est aucla, ut præfatum reginam in eandem liceret abscondere. Moxque rex prælibatus, cum 910 ad prædictum pervenisset locum, eundem interrogavit agricolam, qui serie tenus cuncta quæ a beata regina audierat, sagaciter enarravit. Tunc rex accepto ab agricultore responso intuensque miraculi seriem, terga versus est, malens uxorem dimittere propriam, quam Dei offendere clementiam. Nam non multis interpositi diebus, beata regina Pictavium ingressa est. Cujus talem constat fuisse vitam, ut nemo qui gesta de ea noverit composita, hæsitare debeat, quin ei exeunti de hæc vita celestis patriæ patuerit ingressus.

Cætera omnino ut in altero manuscripto.

S. Benedicti desumptam, hic transcribendam esse duximus, ut sunt, verbi gratia, felte, posticaria, piratium. Felte autem, seu feltrum, filtrum, pannus est, seu vestis ex lana, et pillis coacta, non texta, ad cujus similitudinem vestis auro ac gemmis fusa, felis dici videtur. Mabill. post eruditiss. D. Ducangium. Posticaria, seu Posticiaria, dicitur a Postico, quod est, inquit Papeas in Vocabul., *latens ostium, sic dictum, quod remotum sit a publico*. Posticiaria autem est quæ curam habet recipiendi ea quæ in monasterium deportantur, et transmittendi quæ transmittuntur, quæ vulgo apud moniales dicitur *la tourière*, ut probat Menardus noster in Concord. Regul. cap. 61, § 14. Piratium liquor e piris ex-

pressus, quem Normanni vulgo vocant *du poire*. Ita Ducangius.

Cum autem dicit Hildebertus sanctam hanc reginam carnem suam multiplicatis atrivisse disciplinis, non inferendum inde voluntariam per disciplinas flagellationem, jam tunc ævo S. Radegundis in usu fuisse, quæ pro certo, non nisi undecimo sæculo, a Dominico Loricato et Petro Damiani, ortum accepit. Hoc igitur verbo utitur, ut suadeat beatam reginam nullam artem prætermisisse, qua carnem rebellem attereret; sed nec etiam disciplinam, quam ipse epistola 23 lib 1, frequentem et gravem suadet adhibendam ad retrainandos effrenos concupiscentiæ motus.

VITA SANCTI HUGONIS

ABBATIS CLUNIACENSIS

AB HILDEBERTO CONSCRIPTA.

(Hanc Vitam ex Actis sanctorum Bolland. jam dedimus. *Patrologiæ* tom. CLIX, col. 857, in S. Hugonis Cluniao.)